



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

12. Dolores præsentes cum futura gloria comparat Lessius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45701**

XI.

*Eximia Christiana quoque fortitudinis est, infraeto animo aduersa tolerare. At supra hominem, in ijs placide conuiescere; de illis ipsis gaudere; gratias pro ipsis referre. Siquidem necesse est diuini ignis fornace incoctum pectus illud esse, quod tanto robore, tantaque amicitia, natura sua inimicum complectitur. In malis suis conuiescebat Lesius diuinarum rerum consideratione. 1. Quod non minori, quam fidei supernaturalis certitudine firmissime teneret, dolores istos, non a casu & fortuna; sed a DEO parente suo amantissimo infligi; qui de sua creatura quemadmodum de luto figulus potest disponere; cui minime dicendum sit cur ita facis? Difficilius ea passim tolerantur, quae innocens perferre cogitur; facilius uero quae in uindictam magni alicuius sceleris insuguntur. Equum enim est, pacato animo sustinere per eadem te puniri, per quae peccasti. Stomachum potu opplesti, cruditates & conuulsiones recte pateris. Ia Venerem profectus fuisit in ipso libidinis organo iure bono castigaris. Patiebatur in ea corporis parte Lesius, in qua numquam se peccasse aiebat. Sustinebat tamen aquisime tandem ab optimo Domino & parente DEO in salutem suam immisos dolores; cui nec partem quae ladat, nec modum quo ad calum ducat, prescribere debeamus.*

XII.

*Altera res erat, quae in doloribus quietem ipsi procreabat, quid aeternum gloria pondus in calis producerent. Vnde in epistola ad R.P. Antonium Susquetium Prouincia Praepositum, cuius ea uerba sunt ultima: En R.P. exposui morbum, prout potui, quia R. V. id a me petijt. Accipio totum de manu DEI, qui memor erit in die uisitationis, huius affecti uincula. Penetrarat nempe sublimis ille animus paulo altius, quam vulgo mortales solemus, in aeterna gaudia. Perspiciebat, quam temporanea, vel potius momentanea humana calamitates essent; quae hesternae cum fuissent, hodie non laderent; & quae hodierna, lucus postera non nocerent: manerent tamen in diuina acceptatione; neque eorum meritum cum ipso doloris momento periret, sed permansuram semper, numquamque effluxuram beatitatem foeneratitio sane lucro produceret.*

XIII.

*Iam uero non conuiesse in malis suis Lesium, sed in illis quoque exultasse, demonstrandum est. Vbi tam inuisitata, & fere intolerabili calamitate undique se septum ac oppressum sensit, neque effugij locum ullum circumspicendo deprehendit; hoc unum quam studiosissime pere-*  
git,